



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvator Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

12. de consequentibus conuersionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

Si quis tamen, non intendens introducere heresim, obliuione vel ignorantia aquã prætermiserit, nõ videtur esse irritũ sacramentũ: sed ille grauius corripendus est. Aqua verò nullatenus sine vino potest offerri in sacrificio. Christus verò corpus dedit tale, quale habuit, id est mortale & passibile. nũc vero à nobis sumitur immortale & impassibile, nec tamẽ maiorẽ habet sufficientiã. Nec quoque Eucharistia intincta debet dari populo pro supplemento communionis: quia non legitur christus alicui discipulorum præbuisse panẽ intinctum, nisi Iudæ. Tunc verò nõ accepit Iudas corpus Christi, sed tantũ panem. Corpus verò & sanguinẽ Christi antè cum aliis discipulis perceperat.

*In cœna
Christo de-
dit corpus
mortale.*

*Iudas susce-
pit corpus
Christi in
cœna.*

DE CONSEQUENTI-
bus conuersionem.

DISTINCT. Duodecimã
CAP. Primum.

*Accidentia sine subiecto existunt in hoc sacra-
mento, fractionem & partitionem suscipientia.*

1 **F**atendum est saporem & pondus in hoc sacramento sine subiecto existere: quia ibi non est substãtia, nisi corporis & sanguinis dominici, quæ non afficitur illis accidentibus. Nec fractio vel partitio in substãtia corporis fit, sed in forma panis sine specie. Vnde Apost. ait, Panis quem frangimus: 1, co. 10

2

*de cõse.
d. 2. c.
ego B
regario*

*de cõse.
d. 2. tr.
forme*

quia forma panis ibi frangitur, & in partes ^{242. b.}
 diuiditur. Christus verò integer manet, & to-
 tus est in singulis. Ideoque Berengarij ver-
 ba, quibus confessus est verum corpus & san-
 guinem Christi non solum esse sensualiter in
 hoc sacramento, sed in veritate manibus sa-
 cerdotum tractari & frangi, & fidelium den-
 tibus atteri, ita distinguenda sunt, vt sensuali-
 ter non modo in sacramento, sed in veritate
 dicatur corpus Christi tractari manibus sa-
 cerdotum: frangi verò & alteri dentibus, ve-
 rè quidem, sed in sacramento tantum. Vera
 est ergo ibi attritio & partitio, & non appa-
 rens tantum (vt quorundam fuit opinio) sed in
 singulis partibus totus est Christus. Partes autem
 illae significationem habent, vt dicit Sergius
 papa. Nam pars oblata, in calicem missa, 1.
 corpus Christi quod iam surrexit significat. 2.
 pars comesta, ambulans adhuc super ter-
 ram: Pars in altari vsque ad finem missae re-
 manens, corpus iacens in sepulchro signifi-
 cat. quia vsque finem seculi corpora sancto-
 rorum in sepulchris erunt. Caueat autem ne
 indignè quis percipiat: quia iudicium sibi ad hoc sa-
 manducat. Sic ergo viue, vt merearis quoti-
 die accipere: nec accedas indignus. Indig-
 nus est, qui aliter celebrat mysterium,
 quam Christus tradidit: vel qui habens mor-
 tale peccatum, accedit. Hoc autem myste-
 rium, & sacrificium, & oblatio est, quia me-

oblatio

In sacrificiū n est institutum memoria est & repræsentatio veri sacrificij & sanctæ immolationis factæ in ara crucis: & semet mortuus est Christus in cruce, & immolatus: nec causa suæ infirmitatis repetitur, quia perficit hominem: sed nostræ, quia quotidie peccamus. Ideo dicit Augustinus. Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel sit passus, quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Quotidie tamen Eucharistiam accipere nec laudo (ait Augustinus) nec vitupero.

An cōmunicandum quotidie.

DE POTESTATE CONFICIENDI SACRAMENTUM Eucharistiæ.

DISTINCT. Decimætertix
CAP. Primum.

Mali æquè atque boni sacerdotes consecrare possunt.

August. Intra catholicam Ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis domini nihil à bono maius, nil à malo minus perficitur sacerdote: quia non merito consecrantis, sed verbo efficitur creatoris, & virtute Spiritus sancti. Credendum est etiam quòd in verbis Christi sacramenta conficiantur, Sicut ipse est qui baptizat: ita